



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

IX. Donatio quam pater donat filio suo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

IX. DONATI^O QVAM PA-
ter facit filio suo.

DUlcissimo atque amantissi-
mo filio meo illi, Ego in Dei
nomine ille genitor tuus. Dum &
ego te dulciter enutriui, & tu mihi
fideliter deseruisti, vel tuum serui-
tium, vel benevolentiam, circa par-
tem nostram habemus cōpertam,
ideo in ipso amore dulcedinis, vel
tuo seruitio componente, dabo er-
go tibi à die præsente quod in per-
petuum volo esse mansurum, hoc
est mansum ad commanendum, cū
casticia superposita, terris arabili-
bus, & mancipiis, his nominibus il-
lis & illis, vt per hanc epistolam do-
nationis, vel deliberationis nostræ,
manu mea vel bonorum firmatam,
vt quamdiu adiuuis tam tu ipse quā
hereditas tua, contra tuos germa-
nos & germanas, quieto ordine vel

elitigato valeas possidere, vel dominare , propterea hanc epistolam traditionis, vel deliberationis nostræ manu mea firmatam exinde tibi fieri, vel conscribere rogaui, ut de præsenti die de ipso manso , vel quicquid ad ipsum mansum aspicit, & ipsa mancipia superius denominata hoc habeas, teneas atque possideas.

X. C O N C V L C A T U R I A Q V A M
Abas facit ad hominem suum.

Ego in Dei nomine , ac si peccator, venerabilis vir, ille Abas de monasterio sancto illo, quod est in pago illo constructum. Dum & omnibus non est incognitum, qualiter filius serui nostri nomine ille, quandam fœminam nostram nomine illam , bene ingenuam, filiam illius quondam , cōtra voluntatem parentum ipsius fœminæ sociavit,

B b iij